



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

VI. Quod non recipitur illius viri apud Deum conuersio, cuius sequitur coniugalis foederis prostitutio: nec vllus ad sacros ordines est promouendus, nisi ab vxore continentiam profitente fuerit ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

uerit, cogendus est ab ea discedere, & ad ecclesiam, cui se contulerat, debet sine contradictione transire. Quod si habitum suscepit, & non professionem fecit, sed solum votum emisit, & se ad religionem transire promisit, licet postmodum matrimonium contraxerit, non est ab ecclesia cogendus ad monasterium transire, & matrimonii vota rescindere.

CAP. VI. *Item Strigoniensi & * Colonienfi archiepiscopo.*

Coniugatus in monasterium conuerti desiderans, suscipi prohibetur, nisi vxor illius similiter conuertatur. Nam dum vnum vtrumque corpus post coniugii copulationem fit factum: incongruum est, partem conuerti, & partem in saeculo remanere. Nec recipitur illius viri apud Deum conuersio, cuius sequitur coniugalis foederis prostitutio. Cum igitur senatus S. clericorum longe praemineat coetui monachorum, ita vt aliquando bonus monachus vix bonum clericum faciat: nullus coniugatorum est ad sacros ordines promouendus, nisi ab vxore continentiam proficiente fuerit absolutus, vt fiat deinceps de carnali copula spirituale coniugium.

CAP. VII. *Idem eidem.*

Sane si coniugati consenserint ordinari, etiam vxoris voluntas prius requirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa, postquam pariter conuersi fuerint, ordinentur. Quod si in quibuscumque ecclesiasticis gradibus prouidenter scienterque curandum est, vt in domo Dei nihil sit inordinatum, nihilque praeposterum: multo magis laborandum, vt in eius promotione qui supra gradus omnes continetur, non erretur. Inde est, quod fraternitati tuae apostolica auctoritate prohibemus, ne vxoratum in episcopum praesumatis ordinare, nisi prius vxor continentiam professam, sacrum velamen sibi imponat, & religioni congruam vestem assumat. Nolumus etiam vt viri promotio vxori relictae in saeculo fieri possit perditionis occasio.

CAP. VIII. *Idem Brixienfi episcopo.*

Ex publico instrumento, quod nobis est praesentatum,
&

Dist. 6r.
Miramur.